

## CAPUT IV.

De iisdem operationibus in numeris fractis.

I. **N**umeri fracti definitionem jam in primo capite tradidimus. Si divisor excedat dividendum, duo numeri a se invicem, interposita lineola, separantur ita ut dividendus supra lineolam & divisor infra

scribantur in hunc modum  $\frac{3}{4}$ ,  $\frac{4}{5}$  &c. Si

milliter si quantitas aliqua litteralis per aliam dividendam proponatur, & divisio fieri non possit, eodem modo scribuntur duæ quanti-

tates; ita  $\frac{a}{b}$  significat quotum ex  $a$  per

$b$ ; tales autem quoti *fractiones* vocantur. Quantitas superior dicitur *numerator*, inferior autem *denominator* appellatur. Denominator exprimit numerum partium in quas totum aliquod divisum fingitur; numerator autem designat quot ejusdem partes accipiantur, vel, quod idem est, quoties una ex illis partibus sumatur, ac proinde pars illa considerari potest tanquam unitas ali-

qua. E. G. fractio  $\frac{3}{4}$  nihil est aliud quam

pars quarta alicujus totius ter sumpta; hæc autem pars quarta tanquam unitas altera haberi etiam potest.

II. Ex fractionum natura intelligitur quæ ratione numerus integer ad fractum reducatur, atque etiam ad denominatorem datum.

Ita